



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 35. Fœdus cum Carolo Austriaco

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

ficium suum Artho Gufferio Boisiensi Re- Sæcul. XVI.  
A.C. 1515.  
gis Moderatori cesserat. Denique Vindo-  
cini Comitem Insulæ Francicæ, Lautre-  
cium vero Aquitanniæ Præfectos nomi-  
nabat.

### §. XXXIV.

*Fædus cum Anglis a Francisco Rege  
innovatum.*

**R**ebus ita domi dispositis Franciscus pri- *Hist. de lati-*  
*mas eo curas intendit, ut foedus, que de Cam-*  
*quod suus Prædecessor cum Henrico VIII. bray tom. 2.*  
*Angliæ Rege sanxerat, rursum innova-*  
*ret; nec hæc quoque res magni molimi-*  
*n's erat; ipse enim Angliæ Rex, ut Fer-*  
*dinando molestiam crearet, prior ami-*  
*citiæ desiderio certabat: quapropter*  
*quinta jamjam Aprilis die novum foedus*  
*priori haud absimile utrinque firmaba-*  
*tur.*

### §. XXXV.

*Fædus cum Carolo Austriaco.*

**I**nterea aliud quoque agitabatur foedus  
cum Carolo Archiduce, Hispaniæ  
Principe, ac Belgii Duce, accum isto armo-  
rum societas die vigesima quarta Martii  
Parisiis conclusa fuit, sequentibus cir-  
cumscripta legibus; I. Galliarum Rex  
Carolum post Ferdinandi Avi sui obitum  
ad vindicandam Matris, ac Aviæ suæ

D 4

suc-

Sæcul. XVI successionem militibus, navibusque ju-  
A.C. 1515 vabit; II. Carolus Gallis Mediolanensem  
Ducatum recuperare tentantibus minime  
adversabitur; III. Idem Renatam natu-  
minorem Ludovici XII. Filiam, a Regi-  
næ Sororem matrimonio sibi junget.  
Præterea inter eos conventum, ut Archidux clientelæ professionem ob Flan-  
driæ & Arthesiæ Comitatus, quos Gal-  
liæ Regum beneficio possideret, nonnisi  
elapso quinqueannio exsolveret. Referunt  
nonnulli, quod Carolus Navarræ restitu-  
tionem promiserit, quamprimum Regis  
**Catholici** avi sui hæreditatem adiisset.  
Alio demum secreto articulo, qui &  
unicus effectui dabatur, cautum fuit, ut  
Nassoviæ Comes, qui plena hoc foedus  
fanciendi auctoritate ab Archiduce in-  
structus erat, Principis Arausionensis So-  
rorem apud Reginam in Franciæ aula  
educatam sibi uxorem duceret.

## §. XXXVI.

*Helvetii cum Gallis amicitiam inire  
recusantes.*

Franciscus rebus ita cum Angliæ Rege,  
ac Belgii Principe compositis, cum  
Helvetiis quoque de concordia agere con-  
stituit, hanc in rem pro Oratorum suo-  
rum, quos eo decernere cogitabat, secu-  
ritate fidei publicæ literas dari postula-

viii.